



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis

In Quatuor Partes Distributæ

In qua de Incarnatione Verbi & Mysteriis vitæ Christi, nec non de
Sacramentis in genere & singulis in specie succinctè & dilucidè tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiae, 1675

Qu. VI. De Dispositione suscipientis & Obligatione suscipiendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72963](#)

232 Disp. VIII. De Baptismo Sanguinis seu Martyrio.

ex hoc, quod potestas confirmandi fuerit à tempore Petri omnibus aut saltem aliquibus Græcis Sacerdotibus adempta (quod tamen ex Baronio deprehendere non potui) & in Concilio Florentino dubiè restitutâ. In quo tamen non tam legitur restituta, quam co usque perseverans legitimè fuisse defensa.

sit delegare cum potestate subdelegandi, & facultas per mortem non expiret.

Q U A E S T I O . VI.

De Dispositione Suscipientis, & Obligatione suscipiendi.

Dico I. Ad Confirmationem validè suscipiendam requiritus & sufficiens Baptismus. Prima Pars patet: quia Baptismus est janua ceterorum Sacramentorum; quorum prout est incapax, qui non est baptizatus: ut de Sacramento Ordinis habetur cap. 1. & 3. de Presbytero non baptizato, & de Sacramento poenitentiae in Tridentino cap. 1. & 2. De reliquo est par ratio. Terterea pro Confirmatione specialem convenientiam allegat D. Thomas q. 72 art. 6. quod Confirmation sit quadam Baptismi perfec-
tio: unde sicut nemo potest corporaliter crescere, nisi fuerit corporaliter genitus; ita nec per Confirmationem crescere in perfectum Christianum, nisi prius fuerit in Christo genitus per Baptismum.

Nec obstat, quod Act. 10. legatur, Spiritum sanctum fuisse datum necum baptizatis: hoc enim sine Sacramento fuit datum per extraordinariam potestatem Dei independentis à sacramentalibus signis: siue nilominus fuerit impressus Character Confirmationis, & tales redditii incapaces alterioris Confirmationis, sive non; quod incertum est.

Secunda pars, quod Baptismus sufficit supposito videlicet in adultis debito confessu, Probatur: quia in Actis Apostolorum legitur Apostolos baptizatis absolute impossuisse manus nullo alio requisito: neque etiam Ecclesia umquam aliud præter Baptismum requisivit.

Hinc nullus sexus, status vel ætas excludit à valida hujus Sacramenti susceptione: quandoquidem olim sit collatum etiam parvulis (de quibus posset esse præcipue dubitatio) ut patet ex Innocentio I. Epist. l. 4. p. 3. & Augustino Tract. 6. in primam Canoniam Joannis. Immo solebat statim etiam parvulus post Baptismum conferri teste Terullianus I. de Bapt. c. 7. & 8. Alcuino I. de Ecclesiast. Off. cap. de Sabbatho sancto, Baronio circa annum 371. & aliis.

Dico II. Ad licet suscipiendam Confirmationem requiritur & sufficit status gratiarum. Prima pars patet: quia Confirmation est Sacramentum vivorum. Secunda pars inde probatur: quod nulla lex divina aut Ecclesiastica plus requirat.

Nec obstat I. c. V. jejunii, de Confess. dist. 5. quod videatur requirere jejunium: quia non strictè præcipit, sed tantum monet; ut & moner confessionem præmit. Quam præmitti etiam monet Catechismus Renu-

49.
*In sua cuius
non requi-
ritur ad va-
lorem com-
missionis
fæcunda sim-
plici facer-
e potest.*

50.
*Potest illam
Pontifex
dare tum
per se tum
per delegatum.*

*Non potest
illam dare
Collegium
Cardinalium
sed
vacante,*

*Posset tamen
per Pontifi-*

Quamvis autem ut Pontifex committat simplici Sacerdoti hanc administrationem, congruum Ecclesiæ regimen videatur rationabilem causam exigere; tamen illa non appetat necessaria ad valorem juxta Henricquez, Suarez, Cominek & alios communius, eti. Aliqui contradicunt: quia non est illa propriè & strictè dicta dispensatio in jure divino, sed commissio potestatis secundum Christi institutionem; ita ut Christus instituerit, quod minister hujus Sacramenti ordinarius & ex officio esset Episcopus, extraordinarius autem & ex commissione sumini Pontificis posset esse simplex Sacerdos. Quod ita esse, ex declaratione Ecclesiæ satis constat. Unde consequenter Pontifex tali commissione non mutat essentialia hujus Sacramenti, sed ea servat, juxta Christi institutionem utens potestate tibi à Christo concessâ. Appellatur autem à Florentino Dispensatio Sedis Apostolica, tum quatenus assimilatur dispensationi strictè dictæ (prout etiam vocari solet dispensatio in votis, quæ tamen non est dispensatio propriè in lege) prout est commissio superioris tribuens facultatem ad id, quod est extraordinarium, & alias simplici sacerdoti interdictum: tum quia procedit à Pontifice tamquam supremo procuratore & dispensatore jurisdictionum & facultatum.

Hanc porro facultatem potest dare Pontifex, etiam non consecratus: cum sit actus jurisdictionis. Unde si ipsemet adhuc foret simplex Sacerdos, posset illam dare sibi ipsi. Potest etiam commissarius hujus facultatis alias delegare v.g. Episcopis, juxta regulam communem de ordinaria potestatis delegabilitate. Tunc equidem Pontifex adhuc censcri potest hanc facultatem tribuere, quatenus delegatus illam tribuit virtute & auctoritate Pontificis, sive quatenus actiope delegati tacite & virtualiter consentit Pontifex vi ipsius delegationis. Concessio insuper semel facta non expirat morte concedentis. An autem cesset cessa-
re causâ resolvendum est ex iis, quæ tra-
di solent de cessatione privilegii gratiosi in
Tract. de Legibus. An denique Sede vacante possit hanc facultatem tribuere collegium Cardinalium, dubitari posset. Sed dicendum, quod non: hæc enim extraordinaria potestas sine speciali fundamento vel commissione pontificia (de qua non constat) assiri nequit. Nec habet istud collegium propriè rationem Capituli Sedis vacantis. Puto tamen, quod Papa vivens posset colle-
gio Cardinalium id concedere; cum pos-

Romanus cap. de Confirmatione §. 15. Deinde Canon ille non est alicuius Pontificis, aut Concilii generalis, sed tantum particularis, scilicet Auguſtianensis, hac in parte non recepti ab Ecclesia universalis. Unde etiam hodie solet conſerri, tam ante, quam post prandium.

Non obſtat II. quod ex moderna Ecclesia conſuetudine videatur exigi aliqualis ſaltē uſu ſationis; ideoque infantes ante ſeptennum non ſoleant conſirmari: quamvis enim hoc expedit, tum ut majori reverentiā ſuſcipiatur Sacramentum: tum ut uitetur iterationis periculum, tum ut puer poſſit aliquo modo fidem per ſe proſteri. Conſuetudo tamen illa non obligat, ut paſſim Recentores doſent, & aperte ſuſcipiant Catechismus Romanus c. de Confirmatione Sacra- mento §. 14. Idem colligi potest ex Pontiſ- tali Romano Tit. de Conſirmandis, ubi dicitur: Infantes per patrinos ante Pontiſcitem conſirmare volentem geneantur in brachiis dextris; ubi aper- te ſuſcipiuntur ante ſeptennum poſte con- ſirmari. Unde in locis remotioribus, ad qua raro veniunt Epifcopi, præstat uſum rationis prævenire, quam poſtea deſectu occaſionis debere diu diſſerre, & quandoque omnino omittere, ut recte inquit Su- rez disp. 35. ſed. 2. Quod poſtimum quadrat in loca Belgii inſecta heretici aut vicina Ha- retici: ubi neceſſitas (ut ſic loquar) hujs Sacrameti amplior eſt, & ministratio rarioſer.

Dico III. Per ſe loquendo nulla eſt obli- gatio ſuſcipiendi hoc Sacramentum. Ita D. Thomas q. 72. art. 1. ad 3. & alii communiter contra Nonnulos: quibus annumerari ſolent Scotus, ſive quod ceneat eſſe obli- gationem præcepti Ecclesiasticis, ut ei tribuit Diaſilio, ſive quod divini, ut Pontius. Sed ut pateat quam recte, en verba Scotti d. 7.

q. 2. Non eſt ſimplicer necessarium ad ſalutem iuxta illud Marci ult. Qui crediderit & baptiza- tis fuerit, ſalvus erit. Et de Conſerat. dift. 5. Spiritus sanctus, ubi habetur quod baptizatus per ſolum Baptiſtum ſalvatur. Eſt tamen necessarium adultoſi, quod non contemnit: ſicut dicitur Extrav. de Sare. inſt. ubi dicitur in Glosſa quid nueni eſt plenus Christianus, qui contemnit. Ad ar- gumentum (deſumptum ex cap. Omnes Fideles) dico, quod loquatur de adulto, qui debet ſuſcipere, id eſt non contemnere, & pro tempore congruo ſuſcipere in effec- tū: judicaretur enim contem- platio, ſi omnimod⁹ opportunitye oblat⁹ non ſuſcipi- retur. Et d. 7. q. 1. n. 1. arguello inquirens præceptum diuinum conſeffionis, contrā auſum: Quia Extrema Uincula eſt iuſtitia à Christo, & Confirmationis Sacramentum, ut di- euſ eſt ſupra: & tamen neutrū eſt ſimplicer acceſſarium, nec eſt præceptum de iſio vel de illo recipiendo.

Probatur Conclusio: quia non inveni- tur aliquod præceptum diuinum id præci- piens, ut nec Ecclesiasticum quod ſaltē ſit in uſu, Conſirmatum: quia ſi foret obli-

gatio, Ecclesia ſuos filios cogerer ad imple- tionem illius, ſicut cogit adimpletionem præcepti aliorum Sacramentorum: nec permetteret tam facile aliquem mori ſine hoc Sacramento.

Dixi per ſe loquendo: tamen per accidens ratione contemptus, aut ſcandalī, vel alte- Per ſe lo- rius circumſtantiae poſſet omittens uſu ſuſcipiendo. pere hoc Sacramentum graviter peccare. Poſſet ſimiſter Pontiſex, immo & Epif- copus præcipere ſuis ſuſcipientiis ſuſceptionem hujs Sacramenti, ſi ad bonum regimē ju- dicaverint expedire. Dixi quod ſaltē ſit in Quod ſaltē uſu; Plures enim putant olim uifte pree- ſi in uſu. ceptum Ecclesiasticum concernens adultos pro ſeipſis, & parentes aut curatores par- vulorum pro parvulis. Et videtur colligi ex dictis Patrum, & aliquorum Conciliorum, Elbertini can. 38. Laodicensis cap. 48. Aurelia- nenſis, & refertur c. Vi Jejuni de Conſerat. dift. 5 Indicat idem Urbanus Papa c. Omnes Fideles ead. dift. Unde olim ſolebat Baptiſmo ſemper jungi Conſirmatio.

Nihilo minus maxima eſt hujs Sacra- menti uilitas & efficacia. Cujuſ proinde Quod obli- ſuſcepio & fructus omnibus inculcari de- gatio Epif- beret. Sed & Epifcopi memores eſſe debe- coporum conferendi ſunt ſui officii in ſolicite ministrando hoc Sacramento per ſe aut per Suffraganeos ſuos: quos, ſi id longo tempore ministrare intermitterent, mortaliter peccare, eſt com- munis ſententia, Angelus, Sylvester, San- Bonau- cina & aliorum: eō quod omittant in re gravi munus ſuum aliis providendi de Sacra- mento tam utili, eſto in hiſ non ſorret ſuſcipiendi obligatio. Prout & Parochi tenen- tur provide ſubditis de Sacramento Ex- tremæ Unctionis; quantumvis non fit obli- gatio ſuſcipiendi.

Q U A E S T I O . VII.

De Effectu Sacramenti Conſirma- tionis.

Dico I. Hoc Sacramentum conſerit gratiam ſanctificantem, & ſpecialem ſacramen- tū ſancti protectionem ac auxiliū ad ſidem fortiter profitendam. Prima pars eſt conſerit gra- tiam ſancti ſanctificantem, ut in tract. de Sacram. in gen. oſtenſum eſt. Et ſpecialiter Art. 8. & 19. dicitur per hoc Sacramentum dari Spiritum ſanctum, qui abſolute non dicitur alicui dari, niſi conſeratur gratia ſanctificantem. Secunda pars patet ex dictis de effectu Sacramentorum in genere, & ex fine hujs Sacramenti qui eſt, ne Christi nomen conſerter erubescat Christianus, ut loquitur Florentinum in decreto de fidem. Et auxilia actualia ab fortiſter profitendam

Armenis. Unde ibidem præmiserat: Effetus autem hujs Sacramenti eſt, quia in eo datur Spiritus ſanctus ad robur ſicut datus eſt Apoſtoli.

Hieronim. Sum. Theol. Pars IV.